

Q. VALERII CATULLI

VERONENSIS

LIBER

EX RECENSIONE

CAROLI LACHMANNI.

EDITIO TERTIA.

BEROLINI

TYPIS ET IMPENSIS GE. REIMERI

A. 1874.

Ad patriam venio longis a finibus exul.
Causa mei reditus compatriota fuit,
Scilicet a calamis, tribuit cui Francia nomen,
Quique notat turbae praetereuntis iter.
Quo licet ingenio vestrum celebrate Catallum,
Cuius sub modio clausa papyrus erat.

Q. C A T U L L I

V E R O N E N S I S

L I B E R .

Quoi dono lepidum novum libellum
 Arido modo pumice expolitum?
 Corneli, tibi: namque tu solebas
 5 Meas esse aliquid putare nugas
 Iam tum cum ausus es unus Itatorum
 Omne aevum tribus explicare chartis
 Doctis, Iuppiter, et laboriosis.
 Quare habe tibi quicquid hoc libelli
 10 Quaecumque quidem
patrona virgo,
 Plus uno maneat perenne saeclo.

Codices *D* et *L* (h. e. Caroli Dati et Laur. Santenii), cum quorum alterutro ceteri non interpolati ubique consentiunt, hac editione totos exhibemus, quas emendationes nullo auctore indicato recepinus, eae Italis saeculi xv debentur.

1, 1. Q. Catulli *Riccardianus* (pl. 50. ord. 4. cod. 28), Q. Catulli *D*, Catulli *L* cum *Parisino regio* 7989 et *Laurentiano a.* 1457 (pl. 33, 12). Q. dicitur *Plinio h. n.* 37, 6. C. *Appuleio apolog.* p. 279 *Elm. et Hieronymo in chron.* n. 1930. Valerius Catullus *Suetonio Tul.* 73, *Porphyroni ad Horatii serm.* 1, 10, 19 et *commentatori Cruquiano* p. 398. Veronensis] *conf. interpr. Vergil. Veron. ecl.* 6, 1. *Non.* 15, 28 p. 546 et *Priscian.* p. 546 P. liber incipit *DL*. 2. Qui *D* et *Guilelmus Pastrengicus de originibus rerum* p. 88 v., Cui *L* et *exemplaria Ausonii praef. ad Pacatum et praef. griphi.* 3. Arido vel *Arrido libri, itaque interpr. Vergilii Veron. ecl.* 6, 1, *Terentianus Maurus v.* 2563, *Marius Victorinus* p. 2596 et *Isidorus orig.* 6, 12. at *Servius ad Aen.* 12, 587 'Pumicem autem iste masculino genere posuit, et hunc sequimur: nam et *Plautus ita dixit: licet Catullus dixerit feminino.*' hinc *Itali Arida, itaque Atilius Fortun. Putschii* p. 2676. *arrida Pastrengicus.* punice *D*, *Punicae Pastrengicus.* 4. 5. *conf. Plinium praef. nat. hist.* 6. tum] tamen *DL*. es] est *DL*. 9. tibi habe *DL*. libelli] mei *Parisinus et Laurentianus.* 11. quidem *D*: quod *L*. 13. peremne *D*.

- P**asser, deliciae meae puellae,
 15 Quicum ludere, quem in sinu tenere,
 Quoi primum digitum dare adpetenti
 Et acris solet incitare morsus,
 Cum desiderio meo nitenti
 Carum nescio quid libet iocari
 20 Et solaciolum sui doloris,
 Credo ut cum gravis acquiescet ardor;
 Tecum ludere sicut ipsa possem
 Et tristis animi levare curas!
 25 Tam gratum est mihi quam ferunt puellae
 Pernici aureolum fuisse malum,
 Quod zonam soluit diu ligatam.

- L**ugete, o Veneres Cupidinesque,
 Et quantum est hominum venustiorum.
 30 Passer mortuus est meae puellae,
 2 Passer, deliciae meae puellae,
 Quem plus illa oculis suis amabat:
 Nam mellitus erat suamque norat
 Ipsa tam bene quam puella matrem,
 5 Nec sese a gremio illius movebat,
 Sed circumsiliens modo huc modo illuc
 Ad solam dominam usque pipilabat.
 Qui nunc it per iter tenebrosus
 Illuc, unde negant redire quenquam.
 10 At vobis male sit, malae tenebrae
 Orci, quae omnia bella devoratis:
 Tam bellum mihi passerem abstulistis.

1, 14. *Atilius Fortunatianus* p. 2698 *P. Censorinus* qui dicitur
 p. 97 *Iahnii*. 16. Qui *D*, Cui *L*. ac petenti *L*, ac appetenti *D*.
 18. mei *D*. 20. In *Itali*: sed. v. 20, 17. 21. uti gravis *Schra-*
derus. acquiescat *Itali*. 22. Et tecum *L*. luderem *D*. 23. 'Post
 hoc carmen in codice antiquissimo et manu scripto ingens sequitur
 fragmentum' *Alexander Guarinus*. 'In v. c. spatium est hic longum,
 post quod sequitur 'Tam gratum mihi' *Perreius*. 27. ligatam *DL*
 et *Priscianus* p. 546 *P.*: negatam *Laurentianus*.

2, 1. om *L*, *Parisinus*, *Laurentianus*. 4. Ipsam *D*. 5. se *L*.
 7. pipilabat *L*. 8. pariter *L*. tenebrosus *DL*. 9. Illuc *Se-*
neca in *apocolocyntosi* p. 856: Illud *DL*.

O factum male! io miselle passer,
 Tua nunc opera meae puellae
 15 Flendo turgiduli rubent ocelli.

Phaselus ille, quem videtis, hospites,
 Ait fuisse navium celerrimus,
 Neque ullius natantis impetum trabis
 Nequisse praeterire, sive palmulis
 20 Opus foret volare sive linteo.
 Et hoc negat minacis Adriatici
 Negare litus insulasve Cycladas
 Rhodumque nobilem horridamque Thraciam
 Propontida trucemve Ponticum sinum,
 25 Ubi iste post phaselus antea fuit
 Comata silva: nam Cytorio in iugo
 Loquente saepe sibilum edidit coma.
 Amastri Pontica et Cytore buxifer,
 Tibi haec fuisse et esse cognitissima
 30 Ait phaselus: ultima ex origine
 3 Tuo stetisse dicit in cacumine,
 Tuo imbuisse palmulas in aequore,
 Et inde tot per impotentia freta
 Herum tulisse, laeva sive dextera
 5 Vagaret aura, sive utrunque Iuppiter
 Simul secundus incidisset in pedem;
 Neque ulla vota litoralibus deis
 Sibi esse facta, cum veniret a marei
 Novissime hunc ad usque limpidum lacum.
 10 Sed haec prius fuere: nunc recondita

2, 13. Bonum factum *DL.* o (proh *Baptista Guarinus*) miselle
 passer *vel* passer o miselle *Itali*: bonus ille passer *DL.* 14. mea
schol. Iuvenal. 6, 8. p. 598 *Cram.* 16. ille *DL.* *Marius Victo-*
rinus p. 2571 *P.*, *Augustinus de musica* 5, 6 (11). 8 (16), *schol. Lu-*
ciani 5, 518: iste *Censorinus de metr.* p. 94 *Iahn.* 17. Aiunt *DL.*
 celerrimum *DL.* 18. illius *DL.* trabis] tardis *DL.* ratis *corr*
Paris. 19. Neque esse *DL.* sine *DL.* 20. sine *DL.*
 21. mina ei *D.* ei minas *L.* 23. Rhodiumque *D.* tractam *D.*
 25. post *om L.* 26. cytherio *D.* citeorio *L.* 28 cytheri *DL.*
 29. cognotissima *DL.*

3, 2. Tuas *DL.* 5. Vocaret *D.* Vocare *L:* *correxi.* cura
DL. 7. litoralibus *D.* diis *DL.* 8. amaret *DL.*

Senet quiete seque dedicat tibi,
Gemelle Castor et gemelle Castoris.

Vivamus, mea Lesbia, atque amemus,
Rumoresque senum severiorum
15 Omnes unius aestimemus assis.
Soles occidere et redire possunt:
Nobis, cum semel occidit brevis lux,
Nox est perpetua una dormienda.
Da mi basia mille, deinde centum,
20 Dein mille altera, dein secunda centum,
Deinde usque altera mille, deinde centum.
Dein, cum milia multa fecerimus,
Conturbabimus illa, ne sciamus,
Aut nequis malus invidere possit,
25 Cum tantum sciat esse basiorum.

Flavi, delicias tuas Catullo,
Nei sint inlepidae atque inelegantes,
Velles dicere, nec tacere posses.
Verum nescio quid febriculosi
30 Scorti diligis: hoc pudet fateri.
4 Nam te non viduas iacere noctes
Nequicquam tacitum cubile clamat
Sertis ac Syrio fragrans olivo,
Pulvinusque peraeque et hic et ille
5 Attritus, tremulique quassa lecti
Argutatio inambulatioque.

3, 11. Senet quiete *L et Charisius p. 223 (sed codex habet st quiete)*, *Diomedes p. 335, Priscianus 9, p. 869 P.*: Sonet quietem *D. dicebat vel dicebant codices Diomedis* 2. castor *D et codices Diomedis: castrum pr L, castorum corr L, Castor et gemelle om codex Charisii.* 15. extimemus *D.* 19. mihi *L.* 20. Deinde mille *L, Deinde me D, Deinde mi Parisinus, Laurentianus, Riccardianus.* dein *Puccius: deinde L, da D et plerique omnes.* 22. Deinde *DL.* multa milia *L.* 23. Conturbavimus *DL.* 27. Ne *DL.*

4, 3. Sertisque *D.* ac Syrio] asyrio *L, a syrio Laurentianus, assyrio Riccardianus et Parisinus, assyrioque D.* fragrans *D: clamans L, flagrans margo L.* 4. ille *D: illo L.* 5. cassa *D.*

- Nam nil stupra valet, nihil, tacere.
 Cur? non tam latera cefututa pandas,
 Nei tu quid facias ineptiarum.
 10 Quare, quicquid habes boni malique,
 Dic nobis. volo te ac tuos amores
 Ad caelum lepido vocare versu.

- Q**uaeris, quot mihi basiationes
 Tuae, Lesbia, sint satis superque.
 15 Quam magnus numerus Libyssae arenae
 Lasarpiciferis iacet Cyrenis,
 Oraclum Iovis inter aestuosi
 Et Batti veteris sacrum sepulcrum,
 Aut quam sidera multa, cum tacet nox,
 20 Furtivos hominum vident amores,
 Tam te basia multa basiare
 Vesano satis et super Catullo est,
 Quae nec pernumerare curiosi
 Possint nec mala fascinare lingua.

- 25 **M**iser Catulle, desinas ineptire,
 Et quod vides perisse perditum ducas.
 Fulsero quondam candidi tibi soles,
 Cum ventitabas quo puella ducebat
 Amata nobis quantum amabitur. nulla.
 30 Ibi illa multa tum iocosa fiebant,
 5 Quae tu volebas nec puella nolebat.
 Fulsero vere candidi tibi soles.
 Nunc iam illa non vult: tu quoque impote
 Nec quae fugit sectare, nec miser vive,
 5 Sed obstinata mente perfer, obdura.

4, 7. in ista praevalet *D*: ni ista praevalet *L*. nil stupra valet *Hauptius*. ni stupra, valet *scripserat Scaliger*. 8. et futura panda *DL*. 9. Ni *Baptista Guarinus*: Nec *DL*. 10. quicquid] quid *L solus*. 13. quod *D*. 16. Lasarpiciferis *DL*, Lasarpici fretis *Parisinus et Laurentianus*. cirenis *Laurentianus*: arenis *D*, tyrenis *L*. 17. Ora dum *L*, Oraclum dum *D*. 18. Et beati *DL*, Et beari *Laurentianus*. 21. Nam *L*. basiei *Riccardianus*. 25. in aptire *D*, inectire *Laurentianus*. 28. Tum *D*. docebat *pr L*.
 40. Ili *D*.

5, 3. tu quoque, impotens, noli *Avantius*.

Vale, puella. iam Catullus obdurat,
 Nec te requiret nec rogabit invitam:
 At tu dolcbis, cum rogaberis nulla.
 Scelesta, ne te. quae tibi manet vita!
 10 Quis nunc te adibit? cui videberis bella?
 Quem nunc amabis? cuius esse diceris?
 Quem basiabis? cui labella mordebis?
 At tu, Catulle, destinatus obdura.

Veranni, omnibus e meis amicis
 15 Antistans mihi milibus trecentis,
 Venistine domum ad tuos Penates
 Fratresque unanimos suamque matrem?
 Venisti. o mihi nuntii beati!
 Visam te incolumem audiamque Hiberum
 20 Narrantem loca, facta, nationes,
 Ut mos est tuus, applicansque collum
 Iocundum os oculosque suaviabor.
 O quantum est hominum beatiorum,
 Quid me laetius est beatiusve?

25 **V**arus me meus ad suos amores
 Visum duxerat e foro otiosum,
 Scortillum, ut mihi tum repente visum est,
 Non sane inlepidum neque invenustum.
 Huc ut venimus, incidere nobis
 30 Sermones varii, in quibus, quid esset
 6 Iam Bithynia, quo modo se haberet,
 Ecquonam mihi profuisset aere.
 Respondi id quod erat, nihil neque ipsis
 Nec praetoribus esse nec cohorti,
 5 Cur quisquam caput unctius referret,

5, 9. vae te *B. Venator.* tibi *om L.* tibi quae *Parisinus.*
 14. Veramni ex omnibus meis *L.* 15. Antistas *DL.* mihi *om D.*
 17. uno animo *E.* sanamque *Parisinus.* anumque *Faernus.*
 19. Visamque incolumem *D.* 21. tuis *L,* tuum *D.* 22. suabior
L. 25. Varius *L,* Verannius *D.* 27. ut tunc mihi *L,* tunc *Laurentianus.*

6, 1. se] posse *DL.* 2. Et quoniam *D,* Et quoniam *L. correxit Statius.* here *D.* 3. neque ipsis *Parisinus et Laurentianus:* neque in ipsis *D,* neque nec in ipsis *L.* 4. Nec *om L.*

Praesertim quibus esset irrumator
 Praetor non facerent pili cohortem.
 'At certe tamen,' inquit 'quod illic
 Natum dicitur esse, comparasti
 10 Ad lecticam hominis.' ego, ut puellae
 Unum me facerem beatiorem,
 'Non' inquam 'mihi tam fuit maligne,
 Ut, provincia quod mala incidisset,
 Non possem octo homines parare rectos.'
 15 At mi nullus erat neque hic neque illic,
 Fractum qui veteris pedem grabati
 In collo sibi collocare posset.
 Hic illa, ut decuit cinaediorem,
 'Quaesō' inquit 'mihi, mi Catulle, paulum
 20 Istos commoda: nam volo ad Serapium
 Deferri.' 'mane me' inquit puellae

 Istud, quod modo dixeram, me habere,
 Fugit me ratio: meus sodalis
 25 Cinna est Gaius, is sibi paravit.
 Verum, utrum illius an mei, quid ad me?
 Utor tam bene quam mihi pararim.
 Sed tu insulsa male ac molesta vivis,
 Per quam non licet esse negligentem.'

30 **F**uri et Aureli, comites Catulli,
 7 Sive in extremos penetrabit Indos,
 Litus ut longe resonante Eoa
 Tunditur unda,
 Sive in Hyrcanos Arabesque molles
 5 Seu Sacas sagittiferosque Parthos,

6, 7. faceret *L*, facere *Laurentianus*. faciens *Gronovius de sest.*
 3, 17. 8. Ac *D*. 14. octo *L*: cito *D*. 15. mihi *L*. nec hic
 nec *D*. 16. Fractum quae *L*, Fractumque *Laurentianus et pr Ric-*
cardianus. 18. docuit *DL*. 20. Istos: commodum enim *Han-*
dius. nam *D*: non *L*. sarapim *D*. 21. minime *Pontanus*.
 inquit *DL*. 22. 'Post inquit puellae fenestra sequitur in codice ve-
tusto' Alexander Guarinus. 25. Cuma *DL*. Caius *Itali*: gravis
DL. 26. a me *L*. 27. paratum *D solus*. 28. insula *DL*.
 hac *D*, et *L*.

7, 1. penetravit *DL*. 2. ut *Parisinus*: ubi *DL*. 5. Sive
 sagas *DL*. sagittiferosve *Laurentianus*.